NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, 1450 Seite 130r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

per nemora deserta et ideo per-
scrutabatur david in tutioribus
locis et hoc est quod dicitur
David erat in deserto ziph
qui est locus nemorosus
et opacus Et surrexit iona-
thas de societate patris ipso
ignorante et abijt ad da-
uid in silua ubi esset quia
frequenter mittebant nun-
tios ad inuicem occulte,
tamen circa patet ubi
percussit itaque pactum se-
dus tribus vicibus moraliter
litas huius in iuit Ionathas
cum david primo in domo
secundo in agro ut patet ex
supra dictis in xviij capitulo
et xx/tertio in deserto ut
hic patet in signum quod fi-
delis amicus que signatur per
Ionathan debet iuncre se-
cum deo qui per david
intelligitur primo in do-
mo cordis/ secundo in agro
corporis/tertio in deser-
to contemplationis Ascenderunt autem ziphei hic
ponitur accusatio david
per contribules suos zip-
hei enim descenderunt a
ziph qui fuit de genere ca-
leph ut habetur primo pa-
ralipomenon ij capitulo et iiij caleb
autem fuit de tribu iu-
da Ex quo patet quod zip-
hei sunt de eadem tribu
cum david ex quo patet
malitia eorum qui cont-
ribulem suum innocentem
accusaverunt et cum hoc ad
tradendum eum proditorie

obtulerunt se/ et patet hec
usque ibi Considerate et vi-
dete omnia latibula eius
ad evitandum insidias meas
ut sic non possim eum inue-
nire et revertimini ad me
ad rem certam id est denuntia-
do michi certa loca in qui-
bus inveniatur ne operte-
tus meus in multitudine alii
vagando ab eius captione frau-
datur. si etiam in terram
se absconderit id est in cavernis
mis perscrutabor eum in cunc-
tis milibus iuda hoc dixit
saul ut ziphei essent magis
animati ad faciendum volun-
tatem saul quasi homines
militares illius tribus
essent contra david in
facto isto sic et nunc et forsi-
tan ita erat quod sic ziphei
qui erant homines vitales
timore vel favore regis
erat contrarij david sic
et homines bellatores sal-
tem pro magna parte Et
illi hic consequenter describitur
perscrutatio personis david
a saule per indicium zipheorum
et hoc est quod dicitur abierunt
in ziph ante saul ut exp-
loraret loca in quibus da-
uid latitabat David aut
et viri eius erant in deserto
maon dicitur Rasi quia maon
est nomen civitatis cui
adiacet desertum ab ea sic
nominatum Fuit ergo saul
et socij eius post renuntia-
tionem zipheorum inductum
est et nuntiatum est per ex-
ploratores suos/ statimque